# F.Decij Valent. gratiaꝝ actio ad.P.Juratos eq̄ſtris ordinis. L.Creſpinū: et.R.B.Alpōtum: ciuici vero/A.J.Albertū: B.Michaelū.J.Senſeliuum.D.Ferreriū tum.J.Garciam: vt aiunt Rationalē/ publice per Thomam Miedem diſcipulū habita. Anno dn̄i Milleſimo.D.xxxvj menſe Maio.

✠ ✠
✠

FA 134.026

# ❧ Decius Valẽtinus ſex viris Juratis ex equitibus. L. Creſpino ⁊. M. B. Al põto: ex ciuib⁹. A. J. Alberto. B. Michaelo. J. ſẽfeliuo. D. ferrerio: tũ J. Garciae ratiõali. S.

Vulgare verbum eſt: neminem habere debitorem: qui bene
ficiũ ſuum in multos ſpargit. Quae fortaſſe ꝓuerbij ratio
ab ignobili plebecula ſubducta eſt. vel ꝙ varia ſit: accepto
rumqꝫ munerum facile obliuiſcatur: vel ꝙ mercedis con
ditionẽ cauſſis eludat. At vos quib⁹ animus ingenu⁹ eſt:
quod omnium nomine vniuerſi accumulaſtis: rependere
ſinguli ſoletis: vt pro vnico officio qui in vos operam ſuam contulerit:
ſeptẽ habeat debitores: qui ſingilatim reſtituãt: quod in cõmũe accepe
runt: vt iam nullum foenoris genus neqꝫ certius ſit: neqꝫ maius: qꝫ ſi in
vobis ſeratur officium: quod ſeptuplum ſit pullulaturũ. Non loquor te
mere viri: quod me docuit experientia. Siquidem ſcitis ab hinc vno an
no orationem me de re litteraria aſſerenda felici maiorum veſtrorũ no-
mine ſparſiſſe: quae ita ferax fuit vt ego iam ex ea re onus feram grauiſ-
ſimum: quo me illi dum ornare cuperẽt: onerarũt. Addite ꝙ mihi ab eo
tempore multorum domus: ne quid aliud dicam: patere ſolent: quas lõ
gis equidem diſpendijs ambire debui/etiam ſi moribus ſolum meis ac
ceſſionem fieri deſiderarẽ. Etenim quid ego quorundã nũc probitatem
premo: qui pro Ariſtidibus aperire ludum optimis etiam poſſunt: prae
ſertim cum locus hic admoneat: illorum virt⁹ exigat: debita mea hortẽ
tur? Sed agite vincat grauiſſimorum virorum modeſtia: qui ſcriptis: de
ijs quae re preſtant laudari nolunt. Satis abundum ex eo premium refe
rant: qui ferre laudem ab vno officij eius recuſant: quod in multos ſae-
pe conferunt. Verum vt hoc agam quod in manib⁹ eſt: ꝙ bene Decius
in vos id eſt in rem pu. operam ſuam direxerit: ſi coetera alia abeſſent ra
tio ſola nominis pſuaderet. Quod apud Romanos clariſſimis pro re
pu. facinoribus conſpicuũ: ad hanc vſqꝫ aetatem memoriae ſuae lucem
ꝓduxit. Quare ſcripſimus oratiũculã: partim officiorũ veſtrorũ in nos
teſtem: partim inſtigatricẽ eoꝝ: qui purpurã iſtam porro induent: vt re-
perto in vobis exemplo: exemplar rurſum ipſi in poſteros ſuos trãſcri
bant. Nec dubito maiora multo eſſe: que a vobis etiã expectantur: imo
audio de numero eſſe veſtrum: qui inſigne quippiam in Academiã no
ſtram parturit: quod pariat obſecro Junone Lucina fauente/ quãdo ob
ſtetrix egregia non deeſt nempe/ noſter ille Celaia Abbas digniſſ. qui
foetũ acclamatione crebra excipiat. Bene valete.

# F.D.A. pro ſtructo muſis aedificio: viris Iuratis/ac Rationali gratiarum actio.

TAM mortales primum immortali deo gratias agi
mus.P.C. cuius beneficio hoc anno vos habemus
ſanctiſſimeæ nobiliſſimæq3 re.pu. cuſtodes et ampliſi
catores. Deinde vobis ingentes/qui tales eſſe volui
ſtis/quales deſiderare cum non eſſetis/humanę mẽ
ti temerarium eſſe videretur. Eam etenim ætatem viuimus:vt
cum vnus et alter inueniantur/qui debitam patriæ pietatem re
pendant:poſſimus iure admirari/ac ſi coruus quiſpiam albus
qđ eſt in adagio/appareret. At nunc quod omnes ijdem/in dig
nitatem eandem/tam propenſo animo/tam egregijs virtutibus
tam patrio affectu conueneritis:quis non laetetur? quis nō exi
liat?quis nō triumphet?ac in tanto gaudio:quod multi pro vo
bis faciunt:ſacras preces non ſuccinat? Viuitis profecto/ac viui
tis multorum beneficio:vtinamq3 viuatis perpetuo/clariſſimo
magiſtratu iſto ornati:quem tamen vos ita ornatis:vt ornamẽ
tum ille magis ex vobis/ꝙ ab illo vos capiatis. Nil do auribus
veſtris viri:eo namq3 in loco loquor:vbi locus ipſe etiam me ta
cente loquitur:et eorum quæ dico certiſſimã fidem facit. Ita bñfi
cijs veſtris omnia referta ſunt:vt etiam ſi in litore clamem/quod
eſt in adagio:ipſo tamẽ in litore me multa audiant:quæ officia
veſtra pro re.pu. teſtentur. Sed dicam iam omiſſis alijs:quid vo
bis hoꝝ parietum nomine debeamus:qui literas ꝓfitemur:quos
paterno affectu/iudicio ſingulari/diligentia incredibili cum tot
rebus alijs iuſtiſſime operam daretis:a primo tamẽ lapide erigẽ
dos curaſtis. Quod ſane negotium niſi tot ac tantis alioqui ve
ſtris ſuperueniret/orationem hanc/quæ veſtra eſt animi magni
tudo:nequaquam promereretur. At nunc nō poteſt eſſe nō ſum
mum/non dignum pro quo multi laudantes certatim contẽda
mus. Sed dicam prius paucula de magiſtratus iſtius gerendi
difficultate:vt in tanto onere quid iure vobis debeamus/magis
appareat. Leue vos ornamẽtum induitis.P. vt pote panneum
hyeme:vere autem bombycinum. At interim onꝰ premit ſub pal

lio/eiuſmodi/vt qui recte ferat/dignus ſit:qui in cęleſtium nume
rũ referatur. Tot officia obſidẽt/tot ſollicitudines inuadunt/tot
grauant curæ:vt Atlãte quopiam opus ſit: qui cęlum hoc nego
tiorum humeris ſuis ſuſtineat. Etenim nulla fere regni pars eſt:
quæ vobis negotiũ non faceſſat. Timetur pirata:continuo vos
ingẽti occurritis machinamẽto/vnde hoſtis ꝓpellatur/tanta di
ligẽtia ſtructo:vt eorum qui ciuitatem habitãt/pluribꝰ prius ap
paruerit/ꝙ̃ innotuerit. Auditis neceſſariam eſſe viã qua fruges
plauſtris ab Aragonia importẽtur:nulla mora/ſed celeritate in
credibili operoſiſſimum opus ꝑfectum eſt. Clamatur inũdante
fluuio abraſos eſſe pontes:opem vos illico præſentaneam fertis:
ac porro maturius lõgiori negotio ꝓſpicitis. Nam quid dicam
qđ genus mõſtra nobis Affrica hęc afferre ſolet:cũ riuuloꝝ ſepta
originesqꝫ violat/quas poſtea lõgis diſpendijs reficere neceſſa-
rium eſt:Sed hæc nulla ſint/ſi placet. Agite audiamus/intra mę
nia populũ vociferãtem. Clamat Piſtor frugum caritate ſe op
primi:audiendus vobis eſt. Plebecula quod non expoſitum pa
nem videat:timore perterrita cõtinuo properat ad Juratos:cõ-
temni quoqꝫ nõ poteſt. Hoc ipſum in carnibus/hoc in vino/hoc
in omne genus eſculẽtis fieri audimus/videmus/facimꝰ. Quid
ergo non debemus iſti poteſtati/quæ nobis velut copiæ cornu
ad omnia ẽ:ſacroſcta ſit obſecro/ac ꝑpetuo viuat:viuatis et vos
viri/qui eam ſubinde ita geratis. Nolui vobis hic mare illud ne
gotioꝝ obijcere:qđ in publico hoſpitali feruet. Notiꝰ enim eſt/ꝙ̃
vt a quopiam ignoretur/rurſus maius/quam vt exponatur/ac
nõ a quopiam/ſed ab omnibus. Hoc ſolo argumẽto cõſulatus
iſtius difficultatẽ colligaꝫ/quod vniuerſę rei pu. patres ſitis. Si
enim duoꝝ aut trium familiam alere graue eſt/ſi vix ferendum
triginta vna in domo gubernare:vos qui tot domos/tot homi
num milia/infantium/pueroꝝ/muliercularum/ſenũ/breuiter nu
meroſiſſimam ciuitatem paſcitis/quid oneris portare dicemini:
In his ergo negotioꝝ fluctibus/in tãto feruore curarum/quod
noſtri.i literarię iuuentutis obliti non ſitis/pluſꝙ̃ animam vobis
debemus. Erexiſtis nobis templum hoc/ſub quo muſis operam
daremus/non magis profecto egregium/quam neceſſarium.
Vix enim antea breuibus tuguriolis capiebamur/offendebãtur
omnes anguſtia/ſtudijs preſſura erat impedimento interpella-
bat turba. Scitis neceſſarium eſſe a lectionibus locum/quo ſe cõ

modum ſtudentes ſine ſtrepitu recipiant. Hic antea nullus erat apud nos/cogebatur alius alij inſidere/continuo manus erat p libro:clamor miſcebat omnia. Quid moror dicere? vix vllus erat: qui in tantis turbis non perinde ac bos alienus audiēdo foras proſpectaret/abſolutaqꝫ lectione confeſtim exiliret/non aliter ac ſi triremem effugiſſet aliquam. Porro cum in publicam Academiæ plateam hinc inde concurreretur impedientibus ſe viciſſim omnibus ſtudiorum ratio peruertebatur:hinc pulcherrima quædam ludorum monſtra continuo apparebant vt mutuo ſe proiectis in calces lapillis lęderent. Jam æſtu feruente putatis ne vllum fuiſſe tormenti genus hoc vno crudelius? At animus in ſtudendo qui literis affligitur/reficiendus eſt/non grauius afficiendus. Afflabat alius alij ructus ſuos/et teterrimum quēdā crudioris cibi fetorem inſpirabat:tum frequenti anhelitu parietes ipſi incendebantur:quare multi domi continebantur/aut venientes ferebantur extra męnia/ſatius æſtimantes ſexcenta flagella ſubinde experiri/ꝙ genus hoc mortis ſemel periclitari. Huic ergo tāto morbo paternitas veſtra hoc beneficiū attulit p remedio/quo non dicaꝫ ſubblata eſſe illa omnia/ſed multa addita denuo ſunt pro ornamēto. Jllud imprimis/quod videbūt multi habere vos in precio rem literariam/ac ingentes animos ob eam rem concipient ad gnauiter ſtudendum:deinde præſciſſa erit ōſidioſis omnis occaſio apologiarum/qua ſe ſolet hoc genus hominum mirum fouere. Auidioribus impedimenta abſtuliſtis/proſperiſtis corpori/proſpexiſtis animo/in ſumma nulla pars hominis eſt: quæ commoditatem hic veſtri non ſenſerit. Taceo quam publico honori faciat/quod facit ad rem literariam. Etenim ſi publica ædificia/in quibus de externis bonis negotia peragitur quæ breuis fortunæ flatus huc et illuc impellit/ita ſupbe ſtructa ſunt/tot picturis alliciunt/ſubinde auro tantopere nitent/obſordebūt ne ea/vbi ætas fingitur/mores formantur/inſtituitur animus? Si templa et ſacras ædes tot impenſis erectas curatis et educatas/quod iure facitis/negligentur ne illa quę in cauſa ſunt/vt illae nutriantur? Si domum priuatam iam nemo ędificat mediocri ſumptu/quid publica/et ea quae rationem tradit/qua vrinatas recte et erigamus / et quod difficilius eſt/erectas gubernemus / contemnetur ne/et erit indigna / in quam vel oculum

ſemel intendamus? Atqꝫ vos per immortalem deum obteſtor/ quid facit: quod tot patrocinia/tot cauſidicos/tot iudices/tot leges: quae neceſſaria eſſe videmus/habeamus? Academia. Unde nobis tot rerum ſacrarum ſuccentores: qui Chriſto deo pro omnium beneficio quotidie in templis concinant? ex Academia. Quid tot medicos profert/qui vitę noſtræ proſpiciant? Academia. Cui debemus tot euangelij verbi buccinatores: quoꝝ ope militiam hāc mundanā feliciter peragamus? Academiæ. Quid deniqꝫ docet huius tantę molis/nempe ſcite regendæ re.pu. rationem? Academia. Quæ ergo tot in rem pu. beneficia effundit/ eius ne res pu. obliuiſcetur? quę deo tot obeundis munijs ſeruit: ne tenuis quidem incruſturæ beneficium accipiet? quę tot cum corpori/tum animo ornamenta conferre ſolet: ſordibus edificiorum vileſcet? Agitedum quanto vos dignius exiſtimatis: quod in literarium ludum confertur: ꝙ quod in noſocomion? Audio clamantes quoſdam: egregium eſſe beneficium: quod tot amentes/tot orbos/tot ſenes/tot omne genus doloribus impeditos paſcat/refocillet/nutriat. Nil nego meritiſſimum eſſe. At vero ſi cōferatur ad noſtrū hoc: nihil eſt. P. hic enim de animo agitur: illic de corpore. Apud illos corporis vulnera ſanantur: hic autē alūtur: qui et illō beneficio dei præſtent: et animoꝝ/quæ grauiora multo ſunt/vicia detergāt. Atqui quia aliud eſt vniuerſa ciuitas imo regnum hoc noſtrum/ꝙ hoſpitale quoddam late patēs/vbi vix dicēdis vitiorum cacoethibus laboratur: innumeris animoꝝ vlceribus mæretur: dum huic inuidia præcordia exeſa ſunt/ille tenaci retinēdi perſeuerantia contabeſcit: alius luxuria infectus eſt/ alium ira præcipitat/breuiter omne genus languentium ſentina quędam? Quid ergo huic tam publico cōtagio mederi ſolet? cuius nam domum properatis: cum vſu venit/vt peſte hac inceſſamini: an nō ei⁹/qui in hac ſorditie/in his antris ſqualuerit? Quod ſi pro beneficijs officia rependerentur/promerebamini vos ſacrę muſarum ędes: vt auratis laquearibus ſuſpicientem delectaretis. Non ſic contempta iaceres Academia. Benignius vos tectum illud. P. exciperet/quod huic domui pro interno veſtibulo eſt: in quō pene accidit/vt dum huc intraſtis: caput impegerit: quaſi vobis id gratię ſceleſtum illud retaliaret pro beneficio. Porro vt omnia alia contemnantur: illud eſt magnifaciendum: quod oculis vr̄is intuemini/tam numeroſam hinc inde e finitimis regnis ad nos

dicendi gratia iuuentutem conuenire/ vt iam multitudine tanta laboremus. Non aliter/ atqȝ in aquarum penuria areſcentibus puteolis ad ingentes fontes et flumina cõfugitur. Quod etiam in bello reb⁹ aduerſis accidere ſolet: vt diſſipati fuſiqȝ milites turmatim ſe ad id ſignum recipiant: quod erectum ſupereſſe vident. Quare ita ſingulis diebus numero et opibus valem⁹: vt niſi ope veſtra deſtituamur/ qđ deus auertat/ præſtare cęteris opem poſſimus: et aliaꝝ ſcolarum iacturam ſorte noſtram ſarcire. Quod dixerim/ ne in vobis quicꝗ hactenus videar deſideraſſe. Impius enim ſim/ ſi aliorum in rem literariam officia veſtris confero: qui nullo aliunde ſuffragio/ molem hanc academię a maioribus veſtris partam/ non contemnendo ſumptu alitis. ſed quod velim frugem vobis ex eo perme conſtare: qui vnus ſum de numero eorum/ ad quos beneficia veſtra perueniunt. Tum vt intelligatis/ maiori vobis indies curę eſſe vbere/ quę ſic augentur. Et iam cū patribus familias: ne non vere ſitis qui appellamini/ eo acrius ſollicitemini/ quo domus filijs magis repletur: ne aut hic veſte defectus algeat/ aut ille fame extrema experiatur. Atqui cuinā rei vos huius tanti tanqȝ praeclari concurſus gratiam debetis? fortaſſe dicitis aliarum Academiarum depopulationi. Eſto ſane/ nam illarum miſeria feliciores ſumus. Sed rurſus/ cui depopulationeꝫ? num quod maiora hic premia affulgeant? atqui hac parte inferiores multo eſtis: qui alioqui hoc ipſo caeteros ſuperatis/ quod addatis de veſtro. Num quod habitaculoꝝ gratia blandiatur? ne hoc quidem: imo hoc nomine cum ſola Diogenis domo contendemus. Quid ergo? nihil eſt certe niſi profeſſorum in omni literarum genere ſingularis doctrina occurrat: hac vna profecto fit vt omiſſis ſedibus ſuis tam multi huc cotidie e Cathalonia/ Aragonia/ Caſtella/ Ballearibus inſulis: imo ab ipſa vſqȝ Sicilia et Italiae faucibus confluant/ allecti illi quidem interpretum delitijs: quemadmodum qui iuxta inſignem vrbem viuūt paulatim relictis pagis ſuis in ciuium conſuetudinem cōmigrāt. Sed agite iam finiendū eſt. Curate itaqȝ viri Iurati/ vt ſaepius vobis hic gratias agere poſſimus. Memineritis hanc eam eſſe domum/ vbi et vos educati eſtis/ et filios veſtros educādos mittitis. Priuatā aedificiū cui natale corporis debetis: ſummis impēſis ad poſteros trāſmittitis ꝑ monumēto: hoc quoqȝ quod animorum veſtrorum primam inſtitutionis originem ia

ctare poteſt/contemnendum nõ eſt/niſi forte quia publicum ſit/ et plures pepererit/hoc minus beneficiũ ſui memoriam promere tur. Viſant quoque nos: qui tam nobiliſſimę ciuitatis nomine du cti Valẽtiam adeunt. Credite mihi/quoniam beneficijs huius do munculae factum eſt/ut quae finitima regna ſunt/debeãt: gratiſ ſimum iudicabunt/quod hic repoſitum videbunt/et delectatiõis ſignificatione mercedem ſuam perſoluent. Recurrunt identidem ad inſignes publicorum negotiorum domos/offendunt omnia ſplendida/delectat aurum/luxus ſingula cõmendat. Nam quid dicam de publica illa porticu/quae negotiatoribus dicta eſt? Ad mirantur columnas/tectum ſuſpiciunt/nil eſt deniqꝫ quod non munificentiam veſtram predicet. At cum ad nos ventum eſt/ar gilaceos parietes rident/in araneas conſpuunt/exiſtimant nos tractare leuia/qui tales domos habeamꝰ. Detrahitur muſis ſua dignitas/demitur interpretibus autoritas/quos habetis Deo gratia: in omni genere ſcientiarum vniceegregios. Nam quid ego nunc de te dicam doctor doctiſſime/cuius auſpicijs in om ni genere literarum vniuerſi meremus? An non tu caput demit tis/cum te peregrinus quiſpiam quem tanto tuo nomine admi rabundum ad te viſendum repuliſti/in hac videt aula regnantẽ: in his incluſum caſulis/qui vniuerſi fere orbis in re literaria mo derator eſſe potuiſti? Qui ſi pro eruditione locus reſponderet/ nulla Perſarum regia contentus eſſes. Non erubeſcis tua ipſiꝰ cauſa? Certe niſi modeſtia animi tui reclamaret/ingens erat hęc occaſio/qua a magiſtratu abires/aut certe in publicuꝫ identidẽ nõ prodires. Sed finis ſit. Ego nũc vobis vnus. P. gratias ago pro hoc pręſenti officio. Coeteri vero in me locuntur: omnibus enim hic gratum eſt/quod vni eſt. Neqꝫ me magis hoc munere: quam theologum deuinxiſtis/quo nomine vos vobis de eadeꝫ re debetis. Videte quo rem deduxerim/vt gratias vobis acturus/ perſonam quoqꝫ veſtram induere debeam/qua vobis gratias agam/cum id quod publico beneficio fit/vniuerſos ex aequo de uinciat/e quorum numero cum vos quoqꝫ ſitis: vobis pro huiu ſmodi factis debebitis.

Dixi.

Franciſci Decij Valentini